



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/320815>

THESES

JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

BARTH. JAC. LINTELO DE GHER,

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCTOR, PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GERHARDUS THEODORUS HENRICUS HENNY,

Zutphaniensis,


DIE XXI M. JUNII A. MDCCCL, HORA. III.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. A. VAN WOESTENBERG.

MDCCCL.



T H E S E S.



I.

Quod legislatori placuit contrarium legi fundamentali, legis non habet vigorem, neque debet applicare iudex.

II.

Jure non existunt iudices, qui cognoscant de rebus ad navigationem in Rheno fluvio pertinentibus. (*Rhijnvaartregters*).

III.

Concilio Ordinum Generalium Superioris institutio, uti nunc sese habet, non magnopere est commendanda.

IV.

Morte confirmata donatio valet inter virum et uxorem, sive per traditionem sive per promissionem facta sit.

V.

Fera, quae in laqueum incidit a te positum, non est tua, nisi apprehenderis eam.

VI.

Non habet dominus aedium jus pignoris in invectis et illatis subconductoris.

VII.

Jure nostro peregrinus non utitur suo statuto, quod dicitur, personali.

VIII.

Uxor, quae nupsit viro, qui propter deformitatem aut absentiam membrorum genitalium ad prognerandum prorsus est inhabilis, quod nubens nesciebat, actionem habet ad nullitatem matrimonii declarandam.

IX.

Uxor cum viro suo omnem contractum inire potest, iudice auctoritatem interponente, nisi lex specialiter talem contractum prohibeat.

X.

Si testator ex duabus rebus ejusdem generis a se relictis unam alicui legaverit, heres optionem habet deterioremque legatario offerre potest.

XI.

Hypotheca, si inscriptio non jure radiatur, valida subsistit.

XII.

Etiam actor tertium in cautionem (*in vrijwaring*) citare potest.

XIII.

Contra Curiae Supremae sententiam statuo juris antiqui patrii non scripti violationem cassationi locum dare.

XIV.

Acceptans ad solvendas litteras cambiales tenetur bonae fidei praesentanti, etiamsi falsa sit subscriptio trassantis.

XV.

Creditor, qui hypothecam habet in bonis sui debitoris, qui decoctor est declaratus, non tenetur pro rata parte conferre ad expensas curatoris, si hae alio modo solvi possunt.

XVI.

Si hypotheca in securitatem anterioris debiti quidem concessa est ante 40 dies, qui praecedunt declarationem decoctionis debitoris, sed intra illos dies inscriptio locum habuit, omnino valida est hypotheca.

XVII.

Qui propter delicta articuli 22 Codicis Quaestionum Criminalium actionem publicam provocavit, querelam suam non retrahere potest eo effectum ut Ministerium Publicum non amplius agere possit.

XVIII.

Praescriptio criminum praesumpti auctoris persecutione contra veros auctores interrumpitur.

XIX.

Qui sciens a fure accepit pecuniam, rerum furtivarum venditione partam, in nullam incidit poenam.

XX.

Charitas legalis, quae vocatur, consequenter applicata perducit ad communismum, hoc est, classis pauper devorat alias classes.

XXI.

Praeferre merces, quae in patria fabricatae sunt, iis quae in peregrinis regionibus minore pretio emi possunt, non prodest industriae.



19 31099

